



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Genesisvs Mimvs M. 25. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

24. Aug.

S. C.

oticabatur,
rianus fa-
GREGO-
unt) qui
eo, quam
Fide fa-
ivere apud
Insulam
s rudera
. Hic ni-
stare, aut
a subside-
, cælum-
tibus tam
eodemque
s felix de-
litate op-
ortuna le-
udine pe-
unt, mo-
nuriis ad
erris mar-
n sepeliret.
lle quare-
m (quen-
enit tan-
, simul le-
us singulis
nibus mo-
e. de Nat-
estiu, qua
au-

animorum requirit affectum: non inspicit ornamen-
ta corporum, sed considerat merita cordium; nec cin-
guli operositatem miratur, sed castimonia libidinem
refringentis pudicitiam miratur, S. Max. in Vig.
Nat.

S. GENESIVS MIMVS M. 25. Augusti.
VM Comœdias hucusque & risum dedisset
GENESIVS, tandem posuit hodie soccos, &
coturnos indutus tragœdiam & sanguinem de-
dit. Nempe doctissimus Mimus, cum mores ritus-
que Christianos ad amissim perdidicisset, fabu-
lamque oculis Diocletiani dare instituisset, æger
in theatro procumbit, aquasque lustrales multis
gemitibus suspirat. Adsunt ex composito focii &
undas petenti simul Imperatori ac populo risum
propinant. Interea seridè rem agit, aliaque spectacu-
la GENESIO cælum facit, ostendit benè longum
scelerum, quæ patrauerat, catalogum, atque his
modò velit, spongiam baptismum promittit. Hic
enimverò Christum GENESIVS conclamat, &
Christianum se jactat, nimis benè simulare jam
doctus. Igitur risus, plausus muneraque missa Mi-
mi artes laudabant. Imperator quoque ludos post
ludos sperans milites mittit, qui GENESIVM (Chri-
stianum scilicet) ad tribunal raperent. Sed hic se-
cutus ostendit reipsâ Diocletiano, etiam post po-
sitam personam, Christianum se esse. Tum enim-
verò in furem abire ille, palam fassus sanguinem
se gestire bibere GENESII. Et dedit hic sangui-
nem ex equileo pendens, ferreisque uncis iacet &
redis ustulatus. Jamque ultimus actus è fabulâ re-
stabat. Hunc more jam apud Martyres recepto
mors gladio absolvit. Et nimirum luxit tunc Ro-
ma delicias amissas, at Superi tunc primùm Mi-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mo etiam ipsi adridebant. Ex Surio & Baron.

Cesset vitiorum pruritus pestifer, discutiatur a sensibus caligo tota pompa secularis, abiciatur a mentibus mundana cupiditatis illusio, appetatur paupertas Christi, sanctitas anima custodiamur, ut imago Creatoris nostri portetur & clarescat in nobis. S. Pet. Chryl. serm. 117.

S. LUDOVICVS REX C. 25. Augusti

Vitam omnem LUDOVICI noveris, si leges noveris, quas sibi primò, tum deinde filio dixit. Harum capita habe. I. Deum præ omnibus amato, II. Peccatum mortiferum ceu anguem fugito, III. Adversis ne deprimitor, IV. neve prosperis extollitor, V. Animæ plagas spiritali medico crebro nudato, & medicinam quamvis asperam nullam respuito, VI. In precandî studio assiduus esto, VII. Animum in miseris pium & liberalem gerito, VIII. Cùm animo malè est, in consilium quàm mox virum bonum adhibeto, IX. Boni tibi nunquam non absunt, mali semper exsunt, X. Bonum omne amplector, malum omne detestator, XI. de Deo loquentibus aures lubenter dato, XII. obreftationibus verò obserato, XIII. Deum Divosque impudè, te Rege, nulli laceffuto, XIV. Gratus Deo in primis, sed & hominibus esse momento, XV. Pro tribunali æquus esto, & pauperum querimonias ne negligito, XVI. In equisâ tuâ, dum res non liquet, contra te stator, XVII. Aliena ocyus restituito. Clero & Religiosis pro seuto esto, XVIII. Parentibus amorem deserto, XIX. Bella si contra Principes Christianos gerere necessitas suadet, sacris par cito, XX. Lites pro vitio dirimito, XXI. In Magistratus sedulo inquirito, XXII.